



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

9. S. Francisca Romana

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Festum S. Franciscæ Romanæ

Fundatricis Oblatarum sub regula

S. P. Benedicti.

EXHORTATIUNCULA I.

Sensibūs quotidie fallimur, & præcipitamur! Francisca ut cohiberet, omnibūs abstinuit spectaculīs, conviviīs, & publicīs oblectamentīs. Hinc Angelus Dei aberat nunquam à latere Matronæ piissimæ. Vivere sensibus, & spiritui est idem, ac velle servire duobus Dominis. Et quod horum poterimus? Amicus sensuum inimicus constituitur Divinorum, acque cœlestium.

Instructio meritoria.

Ne amplius oculis, vel gustu offendamus Deum, sensus nostros à Manè Deo commendemus Eucharistico cum quinque Pater & Ave in honorem s. vulnerum Jesu. Oremus & collectam: *Respic quæsumus super hanc familiam tuam &c.* Vulnera Crucifixi erunt sensuum receptacula.

II. Viri

II.

Viri exilium, bonorum omnium ja-
cturam, totiusque domus mero-
rem tulit Francisca constantissimè, non
contristans, sed laudans, & cum Jobo
benedicens Dominum: Dominus dedit,
Dominus abstulit, sit Nomen Domini
benedictum. Fili! ecce regulam con-
trà inordinatam tristitiam! Utamur; &
contristabimus nunquam.

Instructio meritoria.

Grati ut simus Deo mala immitenti,
flexis genibus persolvamus i 5. Pater, &
Ave cum Te Deum Laudamus. Senti-
re adversa naturæ, & quid humanum
est; In his lœtari, & gratias agere, gra-
tiæ, & quid divinum. Eligamus, quod
sanctius. Non contristabit justum, quid-
quid ei acciderit. Pro. i 2.

III.

AEstimationem sui ut triumpharet,
quid excogitavit demissa Dei fa-
mula? Titulô vasculi immunditiæ glo-
riari, & asellum onerata manipulô lig-
norum per publicas Romæ plateas age-
re voluit, eligens displicere homini, ut
foli

XII. Martii. S. Gregorii M. 259

soli placeret Deo. Et hoc vincere se-
ipsum est. Fili! hic abhorret natura?
Quare? Quia sui amore nondum vacua.

Instructio meritoria.

Æstimationem propriæ excellentiæ
ut reprimamus, clam scalam serpendo
ascendamus, & cuilibet gradui cum uno
Ave osculum figamus, addendò in fine
canticum Mariæ: *Magnificat anima ēc.*
Hæc ascensio nostra erit in cœlum pro-
vectio. Sic S. Petrus: humiliamini sub
potenti manu Dei, ut vos exaltebit in
tempore visitationis. I. Petri 5. 6.

Festum S. Gregorii Magni,
Pontificis, & Doctoris in Ecclesia
Eminentissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

AD scholam magnæ sanctitatis, &
omnis perfectionis nos vocavit
Deus. Fili! ergò Magistrum inquira-
mus in S. Gregorio, qui & virtute, &
Dei sapientia, ac spiritu Christi, & al-
mi Patris Benedicti magnus vocari me-
ruit. His omnibus quantum indige-
mus! sed quomodo impetrabimus?

In-